

ein sachlicher Unterschied zwischen AH und KS besteht, nämlich:

AH (Pertz).

c. 3 S. 596 Z. 31 Tunc *quidam*, qui cunabilis pueri familiarius adhaesit.

ib. Z. 36 *parendo* seniori.

c. 11 S. 600 Z. 2 oracio corde fusa in Deo valeat, experientia magistra didicit, cottidiano exercicio loquente cognovit.

ib. Z. 4 contra luctas desideriorum et labia insurgencium viciorum omni studio, omni arte virtutum occurrit, donec malas consuetudines vinceret terrenasque dulcedines evelleret, multa passus, proficuas difficultates ingentesque labores consumpsit. Caro pugnat, anima laborat, Deus adiuvat, homo manus movet, angelus vires ministrat; demon et mundus loquatur sive taceat, nocere praevalet neuter; fervens et fremens aperta et occulta nequicia saevientes hostes debellat, calcans humanas felicitates, nec curans transitorios labores. Peius serpente fugiens quo caro trahit.

KS (Bielowski).

S. 190^b Z. 13 Tunc *minister eius*, qui infantilibus cunis familiarius adhaesit.

S. 191^a Z. 2 *parvo* seniori.

S. 197^a Z. 6 psalmodum nobile carmen in oculis Dei valeat, hoc ipse aut nemo probavit.

ib. Z. 16 contra varias voluntates et labia insurgencium vitiorum omni arte, omni studio virtutum occurrit, donec desideriorum spinas velleret terrenasque delectationes vinceret. Multa passus proficuum et ingentem sudorem consumpsit. Mirantur fervorem suum omnes, qui eum ante noverant et qui prope latus vadunt, amatores carnales, rigidum vivere odio habent. Ita fame et siti non sine causa laborat, frigore nimio, vigiliis et hirsuta veste sine misericordia corpus affligit. Desiderium quippe eius in Deo erat et postpositis cogitationibus malarum curarum, quas amor vanitatis habet, animam semper in manibus habuit, nullum volens habere inimicum nisi inimicum. Debellat eius apertas et cavet eius occultas nequitias! cui utique tot colaphos dedit, quot opera bona fecit. Calcat mundum sub pedibus, subiecit libero animo terre felicitates! habens spem cælo nec sensit transitorios labores.